



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Innocentii D. P. Papæ XI. Decretum, quo damnantur Propositiones 68.  
Michaëlis de Molinos. Feria V. die 28. Aug. & iterum 19. Nov. 1687.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42634**

21 INNOCENTII D. P. Papæ XI. Decretum,  
quo damnantur Propositiones 68. Michaëlis  
de Molinos. Feria V., die 28. Aug.  
& iterum 19. Nov. 1687.

**A**D abolendam perniciosissimæ hæresis pravitatem, quæ in plerisque Mundi partibus, non sine maximo Animarum discrimine invaluit, rigor debet Apostolicus excitari, ut Pontificæ sollicitudinæ authoritate & providentiâ, Hæreticorum protervia in ipsis suæ falsitatis conatibus elidatur, & Catholicæ veritatis lumen in Ecclesia Sancta resplendens, eam uti que demonstret ab omni execratione falorum dogmatum expiatam, cùm igitur compertum fuerit quemdam Michaëlem de Molinos perditionis filium, prava dogmata, tum verbo tum scriptis paßim docuisse & in praxim deduxisse, quæ prætextu Orationis, Quietis, contra doctrinam & usum à SS. Patribus, ab ipsis Ecclesiæ nascentis primordiis receptum, fideles à vera Religione & à Christianæ pietatis puritate, in maximos errores, & turpissima quæque inducebant ; Sanctissimus D. N. INNOCENTIUS Papa XI. cui cordi est, ut fidelium Animæ sibi ex alto commissæ, purgatis pravarum opinionum erroribus, ad optatum salutis portum tutò pervenire possint, pro re tam gravi , auditis pluries coram se Eminentissimis & Reverendissimis DD. Cardinalibus in tota Republica Christiana Generalibus Inquisitoribus , ac pluribus in Sacra Theologia Magistris, eorumque suffragiis, tum voce tum scripto susceptis, maturéque perpenlîs, imploratâ etiam Sancti Spiritus assistentiâ, ad damnationem infra scriptarum Propositionum ejusdem Michaëlis de Molinos , à quo fuerunt pro suis recognitæ , & de quibus Propositio-

bus

cre

dev

I.

vul

que

tui

per

pec

De

ad

eff

sat

fun

vit

eff

au

cef

ce

po

ter

lu

ne

pr

tu

bus tanquam à se dictatis, scriptis, communicatis & creditis, & ipse convictus, & respectivè confessus est, devenire, ut infra decrevit.

PROPOSITIONES.

1. **N**Ecessarium est annihilari potentias; & hæc est Via interna.

2. Velle operari activè, est offendere Deum, qui vult solus Agens esse, & ideo necesse est derelinquere se in illo, & deinde se habere corporis mortui instar.

3. Vora faciendi aliquam rem, sunt impeditiva perfectionis.

4. Activitas naturalis est inimica gratiæ, & impedit operationem Dei & veram perfectionem, quia Deus vult operari in nobis, sine nobis.

5. Anima nihil operando annihilat se, & redit ad suum principium & ad suam originem, quæ est essentia Dei, ubi manet transformata, & divinisata; & tunc Deus manet in se ipso, quia tunc non sunt amplius duæ res unitæ, sed una sola, & sic vivit & regnat Deus in nobis, & anima se annihilat in esse operativo.

6. Interna via est illa, in qua non cognoscitur aut lumen, aut amor, aut resignatio, neque necessarium est cognoscere Deum, & sic bene proceditur.

7. Non debet anima cogitare, aut præmium, aut poenam, aut Paradisum, aut infernum, aut mortem, aut æternitatem.

8. Non debet velle scire, an ambulet cum voluntate Dei, an sit resignata illi, vel non; nec est necesse, ut velit cognoscere suum statum, nec proprium nihilum; sed sese habeat quasi corpus mortuum.